



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

**Hiob**

**Brenz, Johannes**

**Haganoæ**

**VD16 B 3079**

Cap. IX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36516**

CAP. IX.

**R** Espondens Hiob. dixit,  
Vere scio, qđ ita sit, quomodo erit  
iustificaretur homo cū deo (collatus?)

Si cui placuerit contendere cum ipso,  
non respondebit quispiā unū pro mille.

Sapiens est corde, & potēs uirtute, quis  
restitit ei, & prosperatus est?

Transfert montes, ignorantibus ipsis,  
quos in furore suo subuertit.

Conturbat terram de loco suo, ut col-  
umnæ eius tremant.

Præcipit Soli, & non oritur, adeoq; &  
stellas obsignat.

Extendit coelos suos, & graditur super  
excelsa maris.

Facit arcturum, oriona, pliaades, & in-  
teriores stellas austri.

Facit magna, inperuestigabilia & mi-  
rabilia, quorum non est numerus.

*Supra cap. 4. Eliphaz differuit, neminem compa-  
ratione Dei iustificari, ne angelos quidē puros esse in  
conspicua*

conspicua  
sine caus  
ro Deus  
piere qu  
fontem, a  
causa, se  
sapientia  
mantes pr  
dissonem  
rem esse  
innocentē  
ginationē  
iustificetur  
si unam e  
cio Dei ob  
non iustifi  
tuncum e  
cū esse, p  
Deo iustifi  
sificetur.  
tur, nam c  
COM  
Que e  
hominis e  
sticiam De  
collatus c

conspectu eius, unde & colligit, neminē adfligi à Deo  
 sine causa, siquidē omnis homo est mendax, solus ue-  
 ro Deus uerax. Proinde, si adfligat, iuste adfligit, pro-  
 pterea quod non conueniat iusticiæ Dei si punierit in-  
 fontem, atq; is præcipuus ferè amicorū Hiob, in hac  
 causa, scopus est. Hinc est, quod longis orationibus  
 sapentiā, potentiā, & iusticiā Dei, cōmendant, existi-  
 mantes pro carnali sapientia, si Dominus adfluxerit  
 infontem et innocentem, hominem Deo multo iustio-  
 rem esse: siquidem iustior est innocenter patiens, quā  
 innocentē flagellans. Itaq; Hiob falsam amicorū ima-  
 ginationē improbens, docet uerum esse, quod nullus  
 iustificatur in conspectu Dei, neq; ullum esse qui pos-  
 sit unam excusationem, ad mille adcusationes in iudi-  
 cio Dei obtendere, ut est in Psal. 142. In conspectu tuo  
 non iustificatur omnis uiuens. Sed interim non conse- **Coram Deo**  
 raneum est, omnem adflitionem impietatis suppli iustus est, cui  
 esse, probe enim conueniunt, quod nullus coram peccatum nō  
 Deo iustificetur, & quod omnis fidelis coram Deo ut **imputat.**  
 iustificetur, ac propterea innocens patiatur, si adfliga-  
 tur, nam coram Deo nemo iustificatur.

## COMPARATIONE ET IUDICIO.

Que enim conuentio peccati & iusticiæ, hoc est,  
 hominis & Dei? nec stellæ ipsæ mundæ sunt, si ad iu-  
 sticiam Dei conferantur: & sol, planè tenebrosus est,  
 collatus cum claritate Dei: quāto magis luteus homo

ANNOT. IN HIJB

quod si uero ad iudiciũ respexeris, nec angeli, nec coeli iudiciũ sustinere possunt, nec iam homo, iam ante Adam mortuus. Domine, inq̃t Psal. Si iniquitates seruaueris, quis sustinebit? & quando pro ocioso uobis reddenda sit ratio, qui possemus uel unam excusationem, ad mille aduersiones habere. Sed rursum, quis pius iustificatur, etiã coram Deo, non quidem comparatione, iudicio, aut propria iusticia, sed misericordia, Christo, fide, aliena iusticia. Est enim unica Christi iusticia, que iudicium Dei sustinere potest, eam misericordia nobis Deus donat, quam si fide receperimus, reputamur corã ipso iusti, non quia nos iusti ex nobis simus, sed quod alienam iusticiam, fide posiderimus, Ro. 3. Iustificati gratis per illius gratiam, per redemptionem, que est in Christo IESU, quem pro peccatis suis Deus reconciliatorẽ, & 5. Iustificati ex fide, pacem habemus ad Dominum &c. Quicquid igitur post dei iustificationem, pio adiderit, innocenti adiciat, ut probetur, aut sese agnoscere discat. Porro, quod comparatione & iudicio, sine Christo aut fide, nemo iustificetur in conspectu Dei, probatur argumentis à sapientia, & potentia Dei ductis, ut sequitur.

Iusticia aliena  
seruantur p̃ij.

Quid sit resistere Deo.

SAPIENS CORDE EST ET POTENS. Resistere Deo, est se sublimiorem, iustorem, & potentorem existimare, quales sunt omnium impiorum cogitationes, quibus mirum in modum displicet iudicium Dei.

Dei: tales sunt et qui dicunt: Quare sic me fecisti?  
 Hinc igitur manifesta fit potētia Dei, quod nemo unquā  
 resistit Deo, qui impune tulerit. Sathā resistit Deo,  
 et deiectus est. Nebucadnezar dixit in corde suo, In  
 celum conscendam, supra astra Dei exaltabo solium me-  
 um, similis ero altissimo: sed audit rursus, ad infernū  
 detraheris, in profundū laci &c. Sennaherib ait ad  
 populum Hierosolymitanū: nunquid dii gentium, li-  
 beraverūt terram suā de manu mea? & quis est do-  
 minus uester, ut possit Hierusalem eruere? sed mox  
 impetrem exercitus sui stragem expertus est.

## TRANSFERT MONTES &amp;c.

Hoc est, tanta potentia praeeditus est Deus, ut uno  
 momento dimoveat, & alio transferat montes, ipsis  
 nihil tale expectantibus, & longe aliud propter suā  
 firmitudinem (ut ita loquar) opinantibus. Plinius scri-  
 bit Lucio Mar. SEX. IULIAN. COSS. in agro  
 Mucinesi, duos montes inter se concurrere uisos, cre-  
 pitu maximo adsultantes, et recedentes. Huic non ab-  
 simile est, quod refert terrā deuorasse Cybotū altissi-  
 mum montem, cum oppido Curite & Sypilū in Ma-  
 gnesia, quae si ulla penes authorem fides est, nō medi-  
 ocra potentiae Dei miracula sunt. Porro, declarat de-  
 us potentiam suam, transferendo montes, non tam ter-  
 reos illos & petrosos, quā adrogantes et sublimes ty Tyranni motū  
 rannos, sublimia seculi regna. Pharaō, mōs seculi fuit tes:

ANNOT. IN HIOB

sed uno momento, nihil tale expectans, translatus est  
 in mare rubrum. Nebucadnezar, mons seculi fuit sed  
 de loco suo dimotus est. Regnum Babylonicū, mons  
 seculi fuit, quid aut de illo superest, nisi inane nomen.  
 Hanc transferendi montes potentia, dat & Christus  
 suis, Mar. 11. Confidite Deo, amen dico uobis, quocumque  
 dixerit monti huic, tollaris ac mittaris in mare,  
 & non hesitauerit in corde suo, sed crediderit fi-  
 re, quæ dixerit, erit illi quicquid dixerit, hoc est, im-  
 possible erunt per fidem possible, usque adeo, ut si  
 etiam montes transferre opus esset, pius per fidem trans-  
 ferre posset. Impossibile est, Sathanam, mortem, &  
 peccatum ab homine uinci, sed in montes, petrosi mon-  
 tibus multo sublimiores, per fidem in Christum, mituntur  
 in mare, id est uincuntur. Transtulerunt & Pro-  
 pheta montes, hoc est, regna deuastarunt, non qua-  
 dem gladio, sed Verbo, Hier. 1. Ecce dedi uerba mea  
 in ore tuo, constitui te hodie super gentes, & super  
 regna, ut euellas, destruas, disperdas, & dissipes: hec  
 autem omnia, potentia Dei specimen præbent.

CONTRIBAT TERRA M.

Declaratur potentia Dei, terræ motibus. Physici  
 aiunt, terræ motum fieri, à spiritibus terræ inclusis,  
 & erumpere gestientibus: non omnino hoc uanum  
 est, sed tamen Domini opus est, qui per aëris erupcio-  
 nem & terræ motum ostendit, quā potens sit, unde &  
 noua

nona ac mira operaturus, terræ motū excitare solet  
Moriēte Christo, terræ motus factus est, q̄a mors tūc  
uincebatur: similiter, resurgente eo, cōmota est ter-  
ra, quia tunc perditio peribat, & uita parabatur: qui

bus opibus, nulla maiora excogitari possunt. Porro  
quod ait: **VT COLUMNÆ EIVS TRE-**  
**MANT,** non inelligas, terram columnis inniti, quē  
quodam poētæ fabulantur, cœlum sustineri Atlantis  
humero, colūne enim terræ, dicuntur firmitudo &  
stabilitas eius, & præterea manus domini, qua terra  
firma constat, columna terræ dici potest.

**PRÆCIPIT SOLI, ET NON ORIT.** Sapiētia dei  
Aliud potentiæ Dei argumentū: Cœlum obducit  
nubibus, ut sol non uideatur, hoc enim significat, so-  
lem nō oriri. Præterea stellas noctu obsignat, hoc est,  
abscondit nubibus: quem uero inter homines etiā po-  
tentissimos reges, in his operibus, secundū habet.

**EXTENDIT CŒLOS.**  
Declarat & cœlorum extensio, potentiā Dei,  
Gen. 1. dixit Deus: fiat firmamentū in medio aquarū  
Psal. 103. Extendens cœlum sicut pellem.

**GRADITVR SVPER EXCELSA.** A fluctibus  
Id est commotione fluctuum, qui sunt maris excel-  
sa, declarat deus se præsentē et potentiē. Græc, ita le-  
git, πρὶ πατῶν ὡς ὑπὲρ ἐλάφου ἐπὶ θαλάσσης  
id est, deambulat sicut super pauimentū super marē.

ANNOT. IN HIÖB

quasi diceret: cū Deus moueat marinos fluctus, uide-  
tur in mari incedere, perinde ac in paumento, non  
enim submergitur: atq; hoc est, quod Paul. Rhom. 1.  
scribit: quæ sunt inuisibilia Dei, ex creatione mundi,  
dum per opera intelliguntur, peruidetur, ipsaq; æter-  
na eius potentia & diuinitas.

FACIT ARCTVRVM &c.

Ab ordine &  
numero stella-  
rum.

Ecce sapientiam Dei, è stellarū dispositione cogno-  
scibilem, Hierem 31. Qui dat solem in lumen diei, ordi-  
nem stellarum in lumen noctis, qui turbat mare & so-  
num fluctus eius. Breuiter, quis posset aut sapientiam  
aut potentiā Dei enumerare, cum faciat magna in-  
peruestigabilia, mirabilia et innumerabilia? Vbi nos  
legimus arcturū, quod interpretatur urse cauda. He-

Arcturus.

braeus habet  $\Upsilon\Upsilon$  quod est totū sydus draconis, et  
ursarum, circa Polum arcticum, collectione plurium  
stellarum sic nominatum: uide Capnionem. Pro Orio-

Orion.

na  $\beta\beta\beta$ , quod est, sydus unū è stellis fixis in octa-

Pliades.

ua sphaera isigne. Pro PLIADES  $\beta\beta\beta$  de quo  
Rabbi Abraham scribit, quod sint septem stelle, in fine  
signi arietis. Pro iteriores STELLAS AVSTRI

Penetralia au-  
stri stelle.

Hebræ. habet  $\beta\beta\beta$  penetralia austri: sic  
enim uocatur stelle i parte meridionali, quæ cū nō ui-  
deantur ab aquilonaribus, nominantur penetralia seu  
interiora austri. Porro mea sententia, his specialibus  
stellarum nominibus, comprehendit Hiob uniuersitas  
tem stellarum



tem stellarum in caelo, quandoquidē arcturus in Polo  
 arctico, interiora austri, in Polo antartico, Orion  
 in meridie, Pliades in septentrione sint, ut ex uniuersi-  
 tate stellarum, sapientia Dei intelligatur, Psalm. 146  
 Qui numerat multitudinē stellarū, et oībus eis nomina  
 uocans, Magnus Dominus noster, magna uirtus eius,  
 et sapientia eius non est numerus. Iam si tam potens  
 et tam sapiens Deus est, ut nihil eo aut potētius, aut  
 sapientius inueniri possit, quis iustificaretur in cōspe-  
 ctu eius, aut in iudicio eius constaret?

Ecce si transgressus fuerit me, non ui-  
 deo, & si præterierit non intelligo.

Ecce, si præceptis abierit, quis reducet  
 eum? quis dicet ad eū, quid facis?

Deus est, nemo retractabit iram eius  
 sub ipso humiliantur cōfoederati fortes,

Ergo, quomodo ego responderem  
 ei, & quomodo eligerem uerba mea cor-  
 tam ipso?

Quoniam, etiam si iustus fuero, nō re-  
 spondebo, ad iudicium meum ueniam  
 deprecabor.

**ECCE SI TRANSGRESSVS FVERIT.** *Posteriora*

*Aute uindicauit Hiob, Deo iusticiam suam, ex po- Dei, cognobi*  
*tentia et sapientia, nunc ab occultis eius iudicijs, pro lia.*

A N N O T . I N H I O B

bat Deum iustissime operari, etiamsi iudiciū iusticia eius, ab oculis humanis absconditum sit, dicēs: ecce, si **TRANSGRESSVS** fuerit me, non uideo, hoc est, occulta sunt Dei iudicia, quæ prima facie aut iniusta aut stulta in oculis hominum adparent, in nouissimo autem, intelligitur consilium eius, & posteriora eius, non anteriora uidentur. Ioseph uidebat somnū, quo designabatur fratrum suorum dominus, sed hinc fratres inuidia moti, durissimæ seruituti eum uendiderunt: quis carnalium non indignatus fuisset Deo, & eius factum, tanquam iniquum non iudicasset? uidēs Iosephum propter somnium innocenter adfligi, & postea in carcerem coniectus est, ob falsam stupri calumniam? sed quo hæc omnia tenderint, nouissimo reuelatū est. Iudicat et stultū ratio, quod filius dei crucifigatur, sed quorsum respexerit crux, i nouissimis diebus. i. i die resurrectionis paschæ declaratum est: proinde, si transierit deus, hoc est, aliqd mirabiliter corā oculis tuis operatus fuerit, etiamsi nescias prima facie quid sit, aut quid miro suo opere uelit, bonum tamē, prudens & iustum esse, minime dubitaueris.

ECCE SI PRÆCEPS ABIERIT.

Decretū Do- Id est, iudicia & ira Dei, decreta sunt irrefragabilia, Esa. 14. Dominus exercituum decreuit, quis potest infringere? manus eius extenta est, & quis auerter eum? Sic & Naum. 1. Ante faciem indignationis eius, quis stabit

quis stabit? et quis resistet in ira furoris eius? quæ ita intelligenda sunt, ut confiteamur, nullam carnem, nullam creaturam, posse decretum Dei infringere, aut iræ eius resistere, si citra fidem, citra Christum, Dei iudicium aut iram adcesseris. Ceterum, sola fides vincit iudicium legis (quæ est Decretum Dei) et iram eius, unde Ezech. 22. ait dominus: quæsiui de eis uirum, qui interponeret sepem, et staret oppositus contra me per terram etc. Et ad Moysen dicitur: dimitte me ut perdam populum: qui autem ait, dimitte me, significat se posse retineri, id quod nullis armis carnalibus, nullis muris, nulla humana sapientia fit, sed sola fide in Verbum Dei quod est Iesus Christus.

SVB IPSO HVMILIANTVR, etc.

Egregio facto declarat Deus, iudicia et decreta sua esse irreuocabilia, quod enim semel à Domino decretum fuerit, à nullis quantumuis adrogantibus, fortibus, arctissimeque confœderatis retractari potest, id quod re ipsa comprobatum est: decreuerat Deus, se seruaturum Davidis stirpem, propter promissiones David factas, cõiurabant autem aduersus Ahas (ut est El. 7.) impium licet, de profapia tamẽ Davidis descendentem, rex Syriæ et rex Israël, multo potentiores, dicentes: ascendamus ad Iudam, et euellamus eum, sed quid respondet spiritus? non erit istud, et non stabit consilium impiorum: uos o Iuda, cõfœdera

Deus promissus  
si est uerax,  
etiam erga  
impios.

ANNO T. IN HIOB

tionem coniuratiōis nolite timere, sed Dominum et  
 exercitū, ipsum sanctificate &c. iam non est malum  
 fœdera icere, nam & Salomon cum Hyram rege Ty  
 ri, non impie fœdus percussit, at fœdus percutere co  
 tra Dominum, hoc demum impium est, & minime  
 durabile, Prouerb. 11. Mali, ut ut inter sese conspira  
 rint, non elabūtur, adde, nec infringunt iudicium do  
 mini, Psal. 2. Astiterunt reges terræ, et principes con  
 uenerunt in unum, aduersus Dominum, & aduersus  
 Christum eius. Sed quid sequitur? Qui habitat in co  
 lis, irridebit eos, Dominus subsannabit eos &c. Por  
 rō cum tanta sit Dei potētia, ut cogātur eius iudicio  
 cedere, arctissime cōfœderati, quid ego, ait Hiob, con  
 ferrem pedē meū cum ipso? quid possem ego ipsi res  
 spondere, aut quī liceret mihi cum ipso contendere?

QVONIAM ET IAMS IUSTVS FV  
 ERO. Nulla comparatio est hominis quantum  
 cunq; iusti, cum Domino, iustus uix saluatur, & nisi  
 ueniam ac misericordiam consequatur, perit. Proinde  
 quicquid agendum erit homini coram Deo, peragen  
 dum erit, non iudicio, non contentione, non iusticia  
 propria, sed fide, precibus, & iusticia aliena, qua  
 est Iesus Christus. Hæc omnia potentiam & iusti  
 ciam Dei probant, quibus rebus fit, ut nullus hominū  
 in conspectu Dei iustificetur, ita nondum concludunt  
 innocentem fide purificatum, non adfligi à Deo.

Si inuocauero

Si inuocauero & exaudierit me, non  
credo, quod audierit uocem meam,

Quia in turbine conculcat me, & mul-  
tiplicat uulnera mea sine causa.

Non dat recreationem spiritui meo,  
quoniam implet me amaritudinibus,

Si ad potentiam (respexero) robustif-  
simus est, si ad iudicium ( adpellauero )  
quis testis meus erit ?

Si iustum me dixero, os meum con-  
demnabit me ( etiamsi ) innocens fuero,  
deprauabit me.

Etiamsi innocens fuero, non audeo  
agnoscere animo meo, abominor uitam  
meam,

Hoc unum illud est, quod dixi, inno-  
centem & impium ipse consumit.

Si flagellauerit, occidit statim, ad ten-  
tationem innocentum ridet.

Terra dat ur in manus impii, uultum  
iudicium eius operit, an non ita est? quo  
modo ergo ?

SI INVOCAVERO ET EXAUDIE-  
RIT ME &c. Relabitur rursus Hiob, sicut solet,

ad recensio-  
nem grauitatis iudicij, in quod coniectus  
est: huc enim cogit dolor, ac iudicij horror, quod  
aliud non habeat, ut supra dixit, quo se solari possit  
quàm ut suarum miseriarum catalogum enumeret: in  
diuisione quadam, docet se omnino periisse, nec  
effugij spem, quocumque se uerterit, uidere: si uerteret  
me, inquit, ad preces, quae sunt extrema ad afflictionem  
hora, quid mihi profuerit, cum non credam me ex-  
auditum? etiamsi maxime exauditus fuero: usque adeo  
premit me Deus miseria, conculcat me furoris sui  
turbine, multiplicat pro sua libidine, non meo merito  
uulnera citra causam, nihil respiratiois spiritui meo  
relinquit, implens me subinde magis atque magis ama-  
rissimis doloribus. Est autem hic affectus longe om-  
nium et miserissimus et desperatissimus, quo sentimus  
preces nostras non exaudiri coram Deo: quod  
enim tunc spei aut fidei relinqueretur? Porro preces  
ex fide factas, certum est semper exaudiri et nun-  
quam irritas esse, habent enim ingentes promissiones  
quaequid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis  
Item: petite et accipietis. Item: Antequam clama-  
uerint, exaudiam eos: nihil tamen in desperato precum  
exauditione incertius est, propterea quod non mor-  
sentiat exauditionis reuelationem: habet namque Deus  
hanc consuetudinem, ut preces ex fide factas, continuo  
exaudiat, non tamen continuo se exaudisse reuelet,  
ut interm

Preces ex fi-  
de factae ex-  
audiuntur, li-  
cet serius ad-  
pareat nobis.

ut interim probemur, num è uera fide orauerimus.  
 lam uide impietatem derelicti à Domino, quanquam  
 enim preces exaudiatur, non tamè credit exauditas,  
 ppter ea quod oculos habeat directos, nō in promissio-  
 nem diuinam, sed iudicium Dei horrendum.

SI AD POTENTIAM &c.

Pergit Hiob ad alias diuisionis partes, dicens, Neq; preces,  
 Quod si me à precibus, ad potētā dei uertero, si quo nec potentia  
 uiribus meis elabi possem, ne à tanta potentia oppri aut iusticia,  
 merer, sed ecce, Deus robustissimus est, nemo è manu Dei solantur  
 eim elabi potest, si à potentia ad iudiciū adpellaue à Deo dereli-  
 ro, nullam creaturam uideo mihi patrocinari, sed si- ctum.  
 mul cū suo creatore, in meam perniciem conspirant,  
 & aduersum me testantur. Quod si rursus ad iusticiā  
 meam respexero, si quid inuenirē, quo ab ira Dei me  
 uindicarem, sed etiam si innocēs et iustus fuero, tamē  
 coram iudicio Dei, nō habeo quod glorier, neq; enim  
 mea iusticia cōfidere audeo, neq; eā animo meo agno-  
 scere, quando pro libidine sua, deus iudicet, nō respē-  
 cius innocentia, aut iusticiam, miser ego quis me li-  
 berabit de mortali hoc corpore? abominor uitam me-  
 am, suspendia, gladios & mortem ipsam opto, tan-  
 tumodo, ut liberer ab hac miseria. Vide rursus quā  
 tuus cruciatus sit à deo relinquit, et in infernū conijci-

HOC VNVM ILLVD EST QVOD  
 DIXI. Id est, hæc iam antequam primum in infer-

ANNO T. IN HIOB.

num coniectus eram, mea fuit sententia, quod Deo  
 nullo delectu aut respectu, pium & impium perdat  
 ac pro sua libidine, utrūq; tractat, ut homo merus  
 Dei ludus. Quid aut possit in Deum magis blasphemum  
 cogitari, quā si quis dicat, eum non habere  
 tatis respectū? num iniustus Deus, qui inducat  
 in immeritos? & quomodo iudicabit mundū? Si  
 mirum non est, has impietates, in corde derelicti  
 mino, ad surgere, quum Dominus unā cum omnibus  
 suis bonis, sese à tali homine absconderit,

SI FLAGELLAVERIT &c.

Hoc est, tantus tyrannus est Deus, ut si flagellat  
 & condemnare cœperit, nunq̄ desinat, sed omnia  
 cadat, deuastet, corrūpat, nihil intactū relinquens.

AD TENTATIONEM INNOCENT-

Hoc dicto, exprimitur planē, adfectus hominis  
 Deo derelicti: opinatur enim talis, quisquis fuerit, do-  
 minum negligere piorū curā, & crucem eorum non  
 respicere, sed potius subsannare & deridere: at lon-  
 ge aliter se res habet, ait enim, qui tetigerit uos, tan-  
 gu pupillum oculi mei: & spiritus, imō omnis creatu-  
 ra, testante Paulo, dolet, contristatur, congemiscit  
 cum electis, usq; ad diem redemptionis, tantū abesse  
 ut rideat, aut subsannet, ad afflictiones piorū, ut pot-  
 tius impiorū conatus irrideat, dum furore & insania  
 correpti, in pios debacchentur, ut habes in Psal. 137.

Adfectus ho-  
 minis despe-  
 rati.

Dominus re-  
 spicit adflu-  
 ctos.

T  
 Quod  
 guobile fu  
 rannorū,  
 qui uerite  
 conculat  
 dignaret  
 nias in ter  
 Deum dice  
 donec pij,  
 infernbla  
 dicio Dom  
 Quasi  
 uerissima c  
 quā iustū i  
 merito, pi  
 sus sui rati  
 Deum Pat  
 Dies  
 fugerunt  
 Præter  
 derabili  
 Si di  
 relinquo  
 Tun



TERRA DATV R<sup>o</sup>c.

Quod Deus ad piorū crucem rideat, uel hinc cogibile sit, quia tradit potestatem terræ, in manus tyrannorū, & uultū iudicū terræ, operit, id est, pios, qui ueritæ iudices sunt, per impiorū tyrānidem conculcat, & opprimit. Quod si respiceret, aut indignaretur, super piorum afflictiones, tantas calumnias in terra pati non posset. Quis igitur eum iustū Deum diceret, qui tyrannis terræ, omnia permittat, donec pii, omnino perire uideantur? Hic rursus habes inferni blasphemias, quibus laborant, quotquot in iudicio Domini aliquandiu derelinquuntur.

## AN NON ITA EST?

Quasi diceret: Scio ita esse, sicut loquor: scio me peccatissima dixisse, Deum scilicet potius tyrānum esse, quā iustū iudicem, quando pro libidine sua, non pro merito, pium adfligat: loquitur autē Hiob, iuxta sensus suam rationem, Non enim in tanto iudicij horrore, Deum Patrem, sed carnificem sentit.

Dies mei uelociores fuerunt cursore, fugerunt, non uiderunt bonum.

Præterierunt una cum nauibus desiderabilibus, sicut aquila uolās ad escam.

Si dixero, obliuiscar querelæ meæ, derelinquam uultū meū, & confortabor.

Tunc uereor omnes ærumnas meas.

ANNOT. IN HIOB.

sciens quod non innocentem me fin-  
- (Si) ego impius sum, quare sic uanel  
borauero ?

Si lotus fuero aquis niuis, & purific-  
- uero in fonte manus meas,

Tamen sordibus intinges me, & ab-  
- minabilia erunt uestimenta mea.

Qm̄ (Deus) nō est uir, sicut ego, cui  
- spōdere possem, ut una irem⁹ ad iudiciū

Non est inter nos arbiter, qui ponat  
- manum suam inter ambos nos.

Auferat a me uirgam suam, & pauca  
- eius non terreat me,

Tunc loquar, & nō timebo eum, neq̄  
- enim sic mihi cum ipso conuenit,

DIVERSA LECTIO.

Pro desyderabiles, Hebræus habet אֲנָרִים qd̄ uo-  
- rie transfertur, alij fortes, alij desyderabiles: trāslatio  
- uetus habet, poma portantes, ab אֲנָרִים .i. māt-  
- rus fructus, uirguli ū c. Græcus legit ἡ κερὰ ἢ κερὰ  
- σὶν ἢ χυρὸς ὀδδῶν, id est, si est nauibus uestigium uis  
- Elige nunc quodcunq; allubescat, nam sensus couul-  
- quod uelocitas uitæ, cōparetur nauibus fortibus, ne  
- desyderabilibus, hoc est, nauigijs, ad uelocitatē et in-  
- luptatē

inptatē paratis, q̄ ueloces uocāt, uel qd' uita transeat  
sicut nauis, quæ post se nullū uite uestigiū relinquit.

## DIES MEI VELOCIORES &amp;c.

Rursus describitur adfectus condemnati, aut dere-  
lictū à Domino, tempus enim uitæ nostræ, suis spacijs  
& interuallis, trāsit: hora sequitur horā, dies diem,  
annus annū, idēq; pedetentim, sua mensura: præterea  
ut dies nunc serenus, nunc nubilus adparet, ita uitæ  
tempus, nunc prosperū, nunc aduersum nobis est. At  
longe alius sensus est, derelictū à Domino, nihil enim  
ei breuis tēpore quo uixit uidetur, tota uita eius in  
oculū suis, momentū est: quod si etiā aliquid boni eo  
tempore cōtigerit, amarissimum in iudicio redditur,  
nam, quod Iob ait: Dies mei non uiderunt bonum  
(hoc est, nullā unq̄ in uita mea fœlicitatem expertus  
sum) quis credit de præterita eius uita, quādo etiam  
uixit ad Sathānæ inuidiam, benedictam domū, benedi-  
ctam familiā habuerit: & ut infra ait, cum procede-  
bat ad portā ciuitatis, in platea parabāt ei cathedrā,  
uidebāt eum iuuenes & abscondebātur, senes adsur-  
gebant &c. Itaq; nūc loquitur iuxta præsentis iudiciū  
affectum quo omnia priora iucunda & grata, iniu-  
cunda et ingrata reddūtur. Cōparatur aut̄ uelocitas  
uitæ tribus rebus, cursori, nauibus uelocibus, & aq̄le  
uolāt ad escā, q̄ ut cupidissime ita uelocissime uolat.

iudiciū domi-  
ni graue, oīa  
reddit amaris-  
sima.

SI DIXERO, OBLIUISCAR &c.

ANNO T. IN HI O B

Omnia præter animi sententiã adcidunt, de rebus  
 à Domino, si enim ad recreationem sperauerit, in  
 obsistit, qui neminem sinit innocentem, ut ipse he  
 tur apud Mosen, Exo. 34. Omnes enim corã eo da  
 nati sunt: quis aut̃ damnationẽ sentiens, recreari  
 set? Legimus de diuite Euãgelico, qui petebat ab  
 ratham, ut mitteret Lazarum, & intingeret in  
 extremũ digiti sui, ac refrigeraret linguã eius, sed  
 negatur ei: nulla enim in iudicio est recreatio, sola  
 nocentia uera est & gloriatio & recreatio, sed  
 in nullo hominũ, absq; Christo, inuenire licet. Pro

Contra Libe= de, quotquot ablato Christo & absconso, in iudic  
 rum Arbitriũ Dei uenerint, nullã unq̃ refocillationem sperare possunt.  
 sunt. Est aut̃ hæc Hiobis sententia, etiã si conatus fu  
 ro, ut obliuiscar querelã meã, & uultum meum tor  
 num & austerũ ponã, & frontem meã exporrigã,  
 frustraneus tamen conatus meus est: nõ enim hoc  
 nunt ærumnã & calamitates, quas grauissimas pati  
 or: nec permittit iudiciũ Dei, quo uelim, nolim, tanq̃  
 nocentissimus condemnor. Vbi nunc est liberũ homi  
 nis Arbitriũ? ubi iusticia operum? si enim hæc in ho  
 mine aliquid possent, nimirũ hoc loco, ab Hiobe præ

Iusticia operũ ducta fuissent: uanum igitur Liberi arbitrij in ho  
 nõ potest fer ne uocabulum est, & sonus sine mente, tantisper  
 re iudiciũ dei quid esse adparens, dum Dominus iudicauerit. Sic

operum  
 tem exc  
 Ve  
 firmi se  
 age filii  
 no in m  
 SI L  
 cas pu  
 ruro. L  
 quantu  
 Se Hiere  
 herbam  
 me, dicit  
 pura, de  
 lere, non  
 carnis li  
 mus ad  
 humana  
 in Chris  
 spiritus  
 ab ea op  
 iusticia,  
 Christi  
 loco, qu  
 stra ope

operum iusticia, larua quaedam est, ad tempus impietatem excusans, in iudicio autem, minime constans.

Iusticia operum  
non potest ferre  
iudicium Dei

SI EGO IMPIVS SVM & c.

Vox impatientissimi animi: si, inquit, omnino stat firma sententia, ut iudicer, et uelut impius, condemnor, age festina, ut mox condemnor, quid tam diu differis, cur non in infernum me detrudis? quod hic, uane perduraueris?

SI LOTVS FVERO. Hoc est, etiam si a peccatis purus fuero, in conspectu tamen Dei, nunquam purus iterum probat, nullam iusticiam humanam, quantumuis egregiam, posse in iudicio Dei constare,

Su Hier. 2. Si laueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbam Borit, maculata es in iniquitate tua, coram me, dicit Dominus Deus. Porro, quum spiritus in scriptura, doceat humanam iusticiam, coram Deo non ualere, non hoc uult, quia negligenda sit, aut omnino pro-

caris libidine uiuendum, cum Paulus iubeat, ut uiuamus ἀνεπίληπτοι, sed ut discriminet inter iusticiam

Diuina iusticia

humanam & diuinam: diuina, est Christus, aut fides in Christum: humana, opera externa sunt: itaque, quum spiritus humanam reiiciat, hoc consilio facit, non ut ab ea operatores deterreat, sed ut desiderium uerae iusticie, in iudicio diuino constantis, quae est fides in Christum, iniiciat. Manus autem & uestimenta, hoc loco, quae iudicio Domini sordidantur, sunt bona nostra opera, uirtutes, & id genus.

Humana

ANNO T. IN HIOB

QVONIAM DEVS NON EST

Hoc est, si mihi cum homine quopiam, eiusdem  
cum sortis & cōditionis, caussa esset de victoria,  
timerem, sed quū mihi res sit cum Deo, qui solus  
tētissimus & iustissimus est, et nullo iudici subiectus  
non potest fieri quin succumbam: quæ enim conuen-  
tio hominis abiecti, & Dei omnipotentis?

NON EST INTER NOS ARBITER

Pro arbiter, Hebræus habet מוֹרֵיבִּי אֶרְבִּי  
non tam reprehendere & arguere, quàm approbare  
et excusare, significat, unde Græcus, paraphrasticè  
transtulit, ἰδὲ ἢν ὁ μεσίτης ἡμῶν, ἢ ἐλέγχων  
ἢ διακούων ἀλλὰ μέσον ἀμφοτέρων: siquidem  
esset mediator noster, & redarguens, & audiens in  
medio utriusq; , ut sit sensus: non licet mihi Deum in  
iis uocare, propterea quod non habeam arbitriū, qui  
nos ambos reconciliet, & arguat, aut me, si quando  
importunior fuero, aut Deū, si quando me immittens  
quàm cōueniat, tractauerit, quis enim Deū possit  
audeat arguere? aut, quoniā uix eius à uijs nostris, si-  
cut cœli à terra exaltatur, quis nos cōponeret, & me-  
diatorē nostri ageret? atq; hic est, condemnati & de-  
relictī à Domino affectus, nā præ oculis solū iudicium,  
citra Verbum promissionis, qd̄ est Christus, habens,  
Christus arbi nullū nec in cœlo nec in terra, arbitriū, & reconcilia-  
ter. torem reperire potest: ceterū, unus uerus est arbiter

Christus arbi  
ter.

et mediator, inter nos et Deū, Iesus Christus, mundi propitiatio, quē si habueris et fide possederis, perumpes et mortem et infernū, quod si uero ablatu fuerit, nec minimum digiti dolorem patienter feres.

**AUFERAT A ME VIRGAM SVAM.**

Id est, nunc quidem facile supprimor, quando Deus iudicio, et uirga indignationis suae, me cōprehenderit: sed age, auferat à me indignationē suam, ut non formidem eius iudiciū, tunc et ego recta loquar, patiens ero, et in conspectu eius constabo, in tantis enim doloribus, quī possem uel recta loqui? uel patienter consistere? uerē, sed tamen indignanter et impatienter. Iob loquitur: iram enim Domini, nemo ferre potest, sed si irā abstulerit, et fauore nos respiciat, tunc constamus aduersus mortem, peccatū et infernū: deprecanda est igitur ira Dei, cum Dauide: Domine ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripas me.

## CAP. X.

**A** Bominatur anima mea, uitam meam, fortificabo de me querelam meam loquar de amaritudine animæ meæ, Dicam ad Deū, nō condemnes me in iudicio, dica mihi, propter quid cōtendas mecū?